annihilat praesentibus, sibi suisque Posteris ratione prae-
missorum perpetuum imponendo silentium, Salva nihi-
lominus eadem Causa et Actione Judiciaria, tum et
ipsa Poena Banitionis perpetuae, quoad interesse caete-
rorum inculpatorum in Processu Causae specificatorum
spectat, sibi Recognoscenti pleno in robore reservata.

Feria Sexta in Crastino Festi Visitationis Beatissimae Virginis Mariae, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo. 3/VII

Chlopecki Hoszowskiemu obligat

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus
Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus, Nobilis
Andreas Chlopecki, sanus mente et corpore existens,
a Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque 756
suis quibusvis propriis et competentibus recedendo,
praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Juris-
dictioni, quoad Actum hunc attinet, se cum Successoribus
ac Bonis suis generaliter omnibus, totaliter, plenarieque
incorporando et subiiciendo, palam, libere, publice, ac
per expressum recognovit. Quia ipse Bona sua propria
et haereditaria infrascripta, videlicet Pole za gaiem
y Towarnica nazwane, tum et Hortulanum Piotr dictum
in Bonis Villae Chlopczyce Terra et Districtu praesenti
Premysliensi iacentia et consistentia, cum omni praemissorum
Jure, Dominio, proprietate, tituloque obligatorio, cunque
omnibus et singulis eorundem Bonorum sortibus praefatis

1834

utilitatibus, fructibus, proventibus, reditibus, commodis, emolumentis, obventionibus; tum agris pratis sylvis. praedicti vero Hortulani Piort nuncupato laboribus censibus dationibus, vecturis, muniis, officiis, et obsequiis quibusvis attinentiisq et pertinentiis generaliter Universis; nihil ex praemissis Iuris Dominii, proprietatis, ac cuiusvis competentiis et praerogativis, pro se Recognoscente suisque Successoribus aut quopiam alio reservando seu excipiendo, verum ita late, longe circumferentialiterque, prout eadem Bona sortium praefatarum ipsemet Recognoscens tenuit, habuit et possidebat ipsumque concernebant ac eidem legitime serviebant, iam ex nunc et de facto Nobili Petro Hoszowski eiusque Posteris in summa Ducentorum florenorum Polonicalium, hinc et ab Actu praesenti, ad Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli, in Anno Millesimo sexcentesimo Septuagesimo Secundo proxime et immediate venturum incidens, et in defectu pro tunc eorundem Bonorum Sortium memoratarum exemptionis, summaeque memoratae Ducentorum florenorum Polonicalium totalis et integre realis persolutionis, ex tunc de Anno ad Annum, Festo ad Festum, pro simili Die et Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli sese determinan, Annis et Festis sese continue et immediate sequentibus usque ad exemptionem Bonorum eorundem Summaeque memoratae totalis et integre realem et effectivam persolutionem obligavit, inscripsit, et invadiavit, prout obligat, inscribit, et invadiat praesentibus. In quae quidem Bona sortium memoratarum, praemissaque omnia praesentibus per se Recognoscentem obligata, et invadiata, iam ex nunc et de facto idem Recognoscens, Nobilis Andreas Chlopecki, praefato Nobili Petro Hoszowski, Obligatario suo, eiusque Posteris, coram

Officio praesenti dat et admittit, realem Intromissionem, et actu-
alem pacificamque Possessionem per Ministerialem quem-
cunque competentem, et Nobiles duos die quacunque volue-
rit Officio è accipiendam, Per ipsum Obligatarium suum
ipsiusque Posteros, haec eadem Bona, praemissaque omnia
praesentibus inuadiata, cum Universis eorum Utilitatibus
et Usufructibus attinentiisque et pertinentiis generaliter omni-
bus tenendi habendi, et possidendi, illisque quiete et pacifi-
cè utifruendi, ac ad usus suos suorumque Successorum quos-
uis beneplacitos libere et effectualiter convertendi modo ac
Iure obligatorio. Debetque et tenebitur memoratus Re-
cognoscens, Nobilis Andreas Chlopecki pro se, ac suos
Successores, in et super Bonis suis generaliter omnibus, sum-
misque pecuniariis quibusuis habitis et habendis, eidem
Suprascripto Nobili Petro Hoszowski Obligatario suo
inscribit et obligat praesentibus, ipsum et eius Succes-
sores in dictis Bonis praemissisque omnibus praesentibus per
se Recognoscentem inuadiatis et ratione eorundem omni,
ab omni et quauis impetitione iuridica quarumcunque
Personarum cuiuscunque Conditionis, status, et sexus cu-
iusuis existentium exonerando, in omni Iudicio et Offi-
cio Regni semper toties quoties opus fuerit, tueri, de-
fendere, euincere, intercedere, et eliberare, indemnemq(ue)
cum Posteris reddere, necnon haec eadem Bona, praemissaq(ue)
omnia praesentibus per se Recognoscentem obligata
et inuadiata, ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptio-
nibus prioribus et posterioribus, super praemissa omnia
modo quouis cuiuscunque Personarum factis et faciendis
tum etiam à quibusuis Citationibus super eadem Bona su-
prascripta, modo quocunque importatis et importandis,
Lucris denique et Perlucris, Processibusq(ue) Iuris quibusuis

1836
in quacunque puncto et gradu Juris dependentibus, et in quovis Judicio et Officio Regni obtentis et obtinendis ac super premissis omnibus per praesentes obligatis, perductis et perducendis, emendare, et liberare, mundaque et libera semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam coram Officio praesenti admissam, in fundo Bonorum praefatorum praesentibus invadiatorum, dum per Ministerialem competentem et Nobiles duos Officiose requiretur, non denegare, imo debebit et tenebitur eam libere dare et effectualiter admittere, dataque et admissa eadem, Possessionem et Usumfructum praemissorum omnium praesentibus invadiatorum, quovis modo tam per se, quam per suas quasvis submissas et subordinata personas non praepedire nec adimere, ipsumque obligatarium suum et illius Posteros in praemissis omnibus per praesentes obligatis nullo modo iniuriari, ita et hoc eadem Bona praemissaque omnia praesentibus invadiata idem obligatarius suus, cum suis Posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis obligatoriae Vigore tenere, habere, et possidere queat, illisque uti frui possit usque ad exemptionem Bonorum eorundem summaeque memoratae totalis et integrae realem ac effectivam persolutionem. Idque sub Vadio similis summae Ducentorum florenorum Polonicalium, per eundem Recognoscentem Nobilem Andream Chlopecki sive eius Successores, suprascripto Nobili Petro Hoszowski Obligatario suo, ipsiusque Successoribus ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad solvendum succumbto, ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa

non completa complenda, Citatus existens memoratus Recognoscens Nobilis Andreas Chłopecki sive eius Successores, ad instantiam praefati Nobilis Petri Moszowski obligatarii sui vel eius Posterorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense, ex tunc recessu suprascripto, quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino, tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, vadium praefatum luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate, pro maiori minorennitate Successorum, legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta, ad Quinterna vel aliis quibusvis Dillationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Terminos Dillationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Panis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus, fatalis Iuris, praescriptione Terrestri, bello, Conventioneque ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

BACZYNSKI Consorti Reformat & statuet eandem